alie pſone contra libertatē eccleſie vł' perſonas eccle ſiaſticas edere temptarēt vł' ſeruare. contra canoni- cas vł' imperiales ſanctiones. de ipoꝝ capitularib⁹ infra duos mēſes poſt ipius legis publicationē peni tus aboleri facerēt. Et ſi de cetero talia attēptarent ipo iure decreuit eſſe nulla. et eos ſua iuriſdictōe pri uatos. Necnō locū vbi talia deinceps pſumpta fuiſ- ſent banno mille marcarū auri pceperat ſubiacere Poteſtates vero cōſules ſtatutarij ꝛ ſcriptores ſtatu torū predictorū necnō cōſiliarij locorū ipſorū qui ſe- cundū ſtatuta et cōſuetudines memorata iudicarent extūc eſſent ipſo iure infames. quorum ſentēcia et ac- tus legittimos ſtatuerat aliqtenus nō tenere. Q꞉ꝗꝫ ſi per annum prefate conſtitutionis fuiſſent inuenti contemptores bona eorum per totū ſuum imperiū mādauit impune ab oībus occupari. ſaluis nihil- omin⁹ alijs penis cōtra tales in generali cōcilio pro mulgatis. Et inſup voluerat idē imperator. ꝙ nul- la cōmunitas vł' perſona publica vł' priuata collec- tas ſeu exactōes angarias vł' pangarias eccleſijs vł' alijs pijs locis. aut eccł'iaſticis pſonis īponerēt aut inuadere eccł'iaſtica bona pſumerēt. Aut ſi ſec⁹ face rēt ꝛ reqſiti ab eccł'ia vł' imperio emēdare cōtemne rēt triplū refunderēt. et nihilomin⁹ banno imperiali ſubiacerēt. a quo ſine ſatiſfactōe debita nullaten⁹ di- mitterent̄ Satuerat inſup ꝙ quecūqꝫ cōmūitas vł' p ſona p annū in excōmunicatōe ꝓpter libertatē eccł'ie violatam pſiſteret. ipo iure banno imperiali ſubia- ceret. a quo nullaten⁹ extrahat̄ niſi prius ab eccleſia beneficio abſolutōis obtento. Et inſup ordinauerat vt nullus eccleſiaſticā pſonam in crimīali queſtione

aut ciuili trahere ad iudicium ſeculare preſumeret
cōtra canonicas ſanctiones et cōſtitutiones imperia
les. Q̄ ſi ſecꝰ faceret. actor a iure ſuo caderet. iudica-
tū nō teneret. et iudex foret extūc iudicādi auctorita
te priuatus. quodqꝫ iudices tempales qui clericis
vl̄ ꝑſonis eccl'iaſticis iuſticiā denegare p̄ſumerent.
tercio requiſiti. ſuā iuriſdictionē amitterēt. ꝓut in
dicta imperiali cōſtitutōe plenius cōtinet̄. Ideoqꝫ pre
deceſſor cōſtitutionē ipſam de cōſilio etiā fratrū ſuo-
rū ſancte romāe eccl'ie cardinaliū. apoſtolica aucto-
ritate approbās et confirmās. ipſam mādauit inuio
labilit̄ obſeruari. necnon ſtatutarios ⁊ ſcriptores ac
violatores p̄dictos excōmūicatos apl'ica autoritate
p̄dicta nūciari Et deinde ad audiēciā diue memorie
Karoli quarti romani imperatoris ſemp̄ Auguſti
etiā deducto. q̄ nōnulli ſeculares in poteſtatibus et
officijs publicis cōſtituti. Videlicet duces. comites
barones

rem poteſtatem res et bona clericoꝝ occuparent. ar
reſtarent. et oblatiões chriſtifideliũ diminuerent et
reſtringerent. exactiones et tallias indebitas de bo-
nis et redditibus eccleſiarum exigerent et extorque-
rent. poſſeſſiones eccleſiarum et perſonarum earun-
dem deuaſtarent incendijs et rapinis. Contractus
inter clericos et laycos factos legittime. ad libros
ciuitatum. villarum et locorum predictoꝝ inſcribe-
re et ſigillare recuſarent. donata et legata ad fabri-
cas et eccleſiarum ſtructuras contra prelatorum vo
luntatem et aliorum quorum intererat cõtra iuſti-
ciam vſurpare ꝑſumerent. et in fraudem et odium
clericorum de bonis etiã et rebus clericoꝝ que non
cauſa negociationis ſed pro eorum proprijs vſibus
per eorum terras ducebant ſeu duci faciebant the-
lonium exigere et recipere non verebantur. et confu
gientes ad eccleſias et eorum cimiteria inde extra-
here contra ſanctiones imperiales preſumpſerant.
Idem Karolus imperator tanꝙ chriſtianiſſimus
princeps. volens in premiſſis prouidere de remedio
ſalutari. de Principum. Ducum. Comitum. Baro-
num fideliumq; aliorum ſacri imperij conſilio et im-
periali auctoritate. quecumq; ſtatuta et conſuetudi-
nes predicta tanꝙ per canonicas et ciuiles ſanctio-
nes expreſſe reprobata. caſſauit. irritauit. et anulla-
uit. ac caſſa ⁊ irrita nulliuſq; eſſe roboris penitꝰ vo-
luit vel momenti. Precipiens ſub indignatione im-
perialis banni. vniuerſis et ſingulis principibus et
dominis temporalibus conſulibus. poteſtatibus. et
alijs in officijs publicis conſtitutis. quatenus extũc

ipſorū ſtatuta et ordinationes ſicut in preiudicium ecclesiaſtice libertatis edita fuerant. omnino reuocarent et de luce tollerent. ꝗꝗ ſecūdum ea amplius nō iudicarent nec ſentencias dictarent. aut eiſdem in iudicio vł extra iudiciū quomodolibet pro ſe et contra eccleſiaſticam libertatem potirentur. Pronunciauit inſuper et eadem imperiali decreuit auctoritate. ꝙ quicumqꝫ laicus cuiuſcunqꝫ ſtatus vel conditionis exiſteret. auſu ſacrilego et proprie temeritatis audacia. ſacerdotem vel clericum ſecularem aut religioſum ꝓſcriberet. captiuaret. ſpoliaret. occideret. mutilaret. aut in carcere detineret. ac huiuſmōi maleficia ꝑpetrantes ſcienter receptaret. vł fauorē eis preſtaret. ꝑter penas a ſacris canonibus et legalibus ſanctionibus ei inflictas eoipſo redderet infamis. ac omni honore priuatus. nec ad placita vel conſilia nobilium admitteretur quouiſmō. Hortans inſuper in domīo et requirens prelatos in illis partibus conſtitutos. vt legem imperialem huiuſmodi per eorum eccleſias et Synodos publicarent ne tranſgreſſores huiuſmōi per ſimulatam ignoranciā ſuas valerent malicias excuſare. ꝓut in edictali lege predicta plenius continet̃. Cum autē ſicut exhibita nobis pro parte venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Miſʒneñ et dilectorum filiorum cleri ciuitatis et dyoceſis Miſʒneñ peticio cōtinebat. adeo quorundam laycorum et dominorū temporalium ciuitatis et dyoceſis Myſʒneñ. ac etiam in locis circumuicinis habitancium malicia inoleuerit. ꝙ huiuſmodi imperiales conſtitutiones trangredi non vereantur. Et eccleſiaſticas libertates violare preſu-

munt. pro parte dictorum Epiſcopi et cleri fuit nobis humiliter ſupplicatum. vt prouidere ipſis ſuper premiſſis de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur veſtigijs prefati predeceſſoris noſtri inherentes huiuſmõi ſupplicationibus inclinati diſcrecioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandam⁹. quaten⁹ vos vł duo aut vnus veſtrũ per vos vel alium ſeu alios conſtitutiones predictas in ciuitate dyoceſi ac locis circumuicinis huiuſmõi auctoritate noſtra faciatis inuiolabiliter obſeruari. Tranſgreſſores ac violatores et contemptores ac ſacrilegos predictos. necnon contradictores quoſlibet et rebelles. per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcẽdo. inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantib⁹ ſi aliqu⁹ ibconiũctim vel diuiſim a ſede apoſtolica ſit indultum ꝙ interdici. ſuſpendi vel excõmunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmõi mencionem. Datum Rome apud ſanctum Petrum nono Kalendas Februarij pontificatus nr̃i anno ſecũdo.

## Confirmatio earundẽ conſtitutionũ ꝛ Sigiſmũdine ſacri generalis concilij Baſilienſis.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilienſis in ſpiritusancto legittime ꝯgregata vniuerſalẽ eccłiã repſentãs. Dilectis eccłie filijs Pragẽ ꝛ Merſzburgẽ

ac ſancti ſepulcri dominici Legnizceñ wratiſlauieñ
dioceſis. eccl'iarum decanis Salutem ⁊ omĩpotẽtis
dei benedictionẽ. Ad compeſcẽdos conatus nepha-
rios peruerſorum qui perſonas et loca eccl'iaſtica
ſuper bonis et iuribus ſuis offendere ac multiplici-
bus ꝑturbare moleſtijs nõ verent᷑. tantomagis nos
decet oportuno remedio ꝓuidere. quanto per am-
plius turbatiões huiuſmõi ⁊ moleſtie in diuine ma-
ieſtatis offenſam necnõ eccl'iaſtice libertatis redun-
dare diſpendium dinoſcunt᷑. Dudũ ſiquidẽ cũ in di
uerſis mundi ꝑtibus. Conſules ciuitatũ et rectores
necnon alij qui poteſtatem habere videbantur. tot
onera frequenter imponerent eccleſijs. vt deterioris
conditionis factum ſub eis ſacerdotum videretur.
quam ſub pharaone fuiſſet. qui legis diuine notici-
am non habebat. quiqꝫ omĩbus alijs ſeruituti ſub-
actis ſacerdotes et poſſeſſiones eorum in priſtina li-
bertate dimiſit. et de publico eis alimoniã miniſtra
uit In cõcilio Lateraneñ eccleſie immunitati proui
dendo ſub anathematis diſtrictione prohibitum ex
titit. Ne conſules. rectores aut alij predicti. eccleſias
et viros eccleſiaſticos Tallijs ſeu collectis aut exac-
tionibus alijs aggrauare preſumerent. tranſgreſſo-
res et fautores eorum precipiendo anathematis ſen-
tencie ſubiacere. donec ſatiſfactionẽ impenderent cõ
petentem. Et deinde in generali concilio editũ fue-
rit. quod ſi Epiſcopi forte ſimul cũ clericis etiã ſi tã
tam neceſſitatẽ vel vtilitatẽ inſpicerent vt abſqꝫ nul
la coactõe ad releuãdas cõmũes vtilitates vl' neceſſi
tates vbi laicorũ nõ ſuppeterẽt facl'tates ſubſidia ꝑ
eccl'ias laicis ducerẽt ꝯcedẽda, mĩme ꝯſulto ſuꝑ hoc

romano pontifice.cōceſſiones et ſententie que a tali-
bus vel de ipſoꝝ mandato forēt ꝓmulgate eſſent ir
rite ꝛ inanes.nullo vnquā tempoꝛe valiture Ac etiā
in ipſo generali cōcilio decretū extitit. illū qui infra
tempus ſui regiminis ꝓpter fractionem conſtitutio-
nū vł ſanctionū huiuſmōi ſuſtineret anathema. tan
ꝙ poſt illud nō eſſet ad ſatiſfactionis debitū compel
lendus.necnō ipſius ſucceſſoꝛē.qui nō ſatiſfaceret in
fra mēſem manere eccłiaſtica cenſura cōcluſum. do-
nec ſatiſfaceret ꝯpetenter. cū ſuccederet in onere qui
ſubſtitueret in honoꝛe. Poſtmodū vero felicis recoꝛ
daciōis Honoꝛius papa terci⁹ attente cōſiderans.
Q̄ꝫ quondā Fridericus ſecūdus olim romanus im-
peratoꝛ.tūc ſub obedientia ꝛ deuotiōe ſancte roma-
ne eccłie perſiſtēs ad laudem eiuſdē eccłie et decus
romāi imperij.cupiēs Ut ex purgatis quoꝛundā er
roꝛib⁹ et iniquis ſtatutis penitus deſtitutis. de cete-
ro eccłie et eccłiaſtice pſone plena vigerent quiete ꝛ
ſecura libertate gauderēt. Ac pije ac iuſte attēdēs ꝙ
quoꝛundā peruerſoꝛum iniquitas adeo abūdaueꝛat
vt non dubitarēt cōtra eccłiaſticā diſciplinā et ſa-
cros canones ſtatuta ſua confingere aduerſus eccle-
ſiaſticas pſonas et eccłiaſticā libertatem.edictali le-
ge huiuſmōi ſtatuta iniqua irritauerat ꝛ preceperat
irrita nūciari Et oīa ſtatuta et cōſuetudines que ci
uitates et loca poteſtates et cōſules.aut quecūqꝫ alie
perſone contra libertatē eccłie vel perſonas eccłiaſti
cas huiuſmōi edere.aut ſeruare temptarēt cōtra ca
nonicas vł imperiales ſanctiones. de ipſoꝝ capitu-
laribus infra duos mēſes poſt ipſius legis publica-
cionē penitus aboleri facerēt Et ſi de cetero talia at

temptarent illa ipſo iure decreuit eſſe nulla. et eos
ſua iuriſdictione priuatos. necnon locum vbi talia
deinceps preſumpta fuiſſent banno mille marcaruꝫ
auri fiſco imperiali p̄ceperat ſubiacere. Poteſtates
vero conſules ſtatutarij et ſcriptores ſtatutorum p̄-
dictorum. necnon conſiliarij locorum ipſorū qui ſe-
cundum ſtatuta et conſuetudines memorata iudica-
rent extunc eſſent ipſo iure infames. quorum ſenten-
cias et actus legittimos ſtatuerat aliqualiter non
tenere. Quodqꝫ ſi per annum prefatarum conſtitu-
cionum inuenti forent contemptores bona eorum
per totum ſuum imperium mandauit impune ab
omnibus occupari. ſaluis nihilominus alijs penis
contra tales in eiſdem generalibus concilijs ꝓmul-
gatis. Et inſuper voluit idem tunc imperator ꝙ nul-
la cōmunitas vl' perſona publica ſeu priuata. collec-
tas. exactiones. angarias vel perangarias eccleſijs
vel alijs pijs locis aut eccleſiaſticis perſonis huiuſ-
modi imponere ſeu inuadere eccleſiaſtica bona pre-
ſumeret. ꝙ ſi ſecus faceret et requiſita ab eccleſia vl'
imperio huiuſmōi emendare contemneret triplici-
ter refunderet. et nihilominus banno imperiali ſub
iaceret. qđ ſine ſatiſfactiōe debita nullatenus remit
teretur. Statuerat inſuper ꝙ quecunqꝫ cōmunitas
vel perſona in excōmunicatione propter libertatem
eccleſie violatam perſiſteret. ipſo iure ſimiliter dicto
banno imperiali ſubiaceret. a quo nullatenus extra-
heretur. niſi prius ab eccleſia beneficio abſolutionis
obtento. Et inſuꝑ ordinauerat vt nullus eccleſiaſti
cam ꝑſonam in criminali queſtione vl' ciuili ad iudi

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/68

cium ſeculare trahere preſumeret contra eaſdem ca-
nonicas ſanctiones et conſtitutiones imperiales. ꝙ
ſi ſecus faceret. actor a ſuo iure caderet. et iudicatuʒ
non teneret. et iudex foret extunc iudicandi auctori-
tate priuatus. quodqʒ iudices temporales qui cle-
ricis et perſonis eccleſiaſticis iuſticiam denegare p̄-
ſumerent. tercio requiſiti ſuam iuriſdictionem amit
terent. Cōſtitutionem ipſam de conſilio etiam fra-
trum ſuorum ſancte romane eccleſie cardinalium
qui tunc erant. auctoritate apoſtolica approbans et
confirmans. ipſam mandauit inuiolabiliter obſer-
uari. Necnon ſtatutarios et ſcriptores ac violato-
res predictos excommunicatos eadem auctoritate
nunciari. Et deinde ad audienciā diue memorie Ka
roli quarti. Etiam romanorum imperatoris ſemper
Auguſti deducto. ꝙ nonnulle ſeculares perſone in
poteſtatibus et officijs publicis cōſtitute. videlicet
Duces. Marchiones. Comites. Baronos. et alij do
mini temporales necnon conſules ciuitatum. opido
rum. villarū et locorū rectores in diuerſis prouin-
cijs eiuſdem imperij dei timore poſtpoſito. ſtatuta
ſingularia. et iniquas ordinationes motu proprio ⁊
de facto contra ipſas perſonas eccleſiaſticas et ec-
eccleſiarum libertates et eorum priuilegia condi-
derant. Illiſqʒ de facto et publice vtebantur con-
tra canonicas et legittimas ſanctiones. Utpote ꝙ
nulla bona temporalia in poteſtatem eccleſiaſticam
tranſferentur. Et ne clerici in ſacris ordinibus con
ſtituti ad agendum et teſtificandum in ciuilibus
Et maxime in pijs aliquatenus admitterentur.

Quodq₃ excōmunicati layci ⁊ publice denunciati in
ciuili foro minime repellerent̄. Et inſuper p̄dicti do
mini temporales cōſules et rectores p ſeculare pote
ſtatē res et bona clericoꝝ occuparēt. arreſtarēt. et
oblatiōes chriſtifideliū minuerēt. atq₃ reſtringerent
exactiōes et tallias indebitas de bonis et redditib⁹
eccl'iarū exigerēt. et extorquerēt. poſſeſſiones eccl'ia
rum et perſonarū earundē deuaſtarent incendijs et
rapinis. Contractus inter clericos et laicos factos
legittime ad libros ciuitatū. villarū et locoꝝ predic
toruꝫ inſcribere et ſigillare recuſarēt. Donataq₃ et
legata ad fabricas et eccl'iarum ſtructuras contra
p̄latoꝝ voluntatē et alioꝝ quoꝝ intererat temere
vſurpare p̄ſummerēt. ac in fraudē ac odiū clericoꝝ
de bonis etiā ac reb⁹ eorundē que nō cauſa negocia-
tionū. ſed pro eoꝝ proprijs vſibus per eoꝝ terras
ducebant ſeu duci faciebāt Theloniū exigere et re-
cipere nō verebant̄. et cōfugientes ad eccl'ias et eo-
rū cimiteria inde extrahere ꝯtra canonicas ⁊ impa
les ſanctiones hmōi p̄ſumerent ⁊ p̄ſumebāt. Idem
Karolus imperator tanq̄ chriſtianiſſim⁹ princeps
volēs in p̄miſſis prouidere de remedio ſalutari. etiā
de quorundā ducū. principū. comitū. baronū. fide-
liumq₃ alioꝝ ſacri imperij ſepedicti cōſilio. auctori
tate imperiali. quecūq₃ ſtatuta ac cōſuetudines pre-
dicta tanq̄ per canonicas ⁊ ciuiles ſanctiones exp̄ſſe
reprobata caſſauit. irritauit. et annulauit. et caſſa ir
rita nl'liuſq₃ eſſe voluit roboris vl' momēti Precipi
ens ſub imperialis banni pena vniuerſis et ſingulis
principibus et domīs temporalib⁹ cōſulib⁹. poteſta
tibus et alijs in officijs publicis in eodē imperio cō

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/70

ſtitutis. quaten⁹ extunc ipſorū ſtatuta et ordinatōes
ſicut in p̄iudicium eccl'iaſtice libertatis edita fuerāt
omnino reuocarēt et de luce tollerent Quodqꝫ ſecū
dum ea nō iudicarēt amplius. nec ſentēcias dictarēt
aut eiſdem in iudicio vl' extra iudiciū quōlibet ꝓ ſe
et contra eandē eccl'iaſticaꝫ libertatē potirent̄. Pro
nūciauit inſuꝑ et eadē decreuit auctoritate ꝙ quicū
qꝫ laycus cuiuſcūqꝫ ſtatus aut cōditionis exiſteret.
auſu ſacrilego et proprie temeritatis audacia ſacer-
dotē vl' clericū ſecularē vel religioſum. diffidaret. ꝓ
ſcriberet captiuaret. ſpoliaret. occideret. mutilaret.
aut in carcere detineret. vel huiuſmōi maleficia ꝑpe-
trantes ſciēter receptaret vl' eis fauorē p̄ſtaret. p̄ter
penas a ſacris canonib⁹ ⁊ legalibus ſanctionib⁹ in
tales inflictas. eoipſo redderet̄ infamis et om̄i hono
re priuatus. nec ad placita vl' cōſilia nobiliū admit-
teret̄ quouiſmō. Hortās inſuꝑ in domio ⁊ requirēs
eccl'iaſticos p̄latos in illis ꝑtibus in quibus cōmit-
terent̄ talia ꝯſtitutos. vt legem imperialē huiuſmōi
per eorū eccleſias et Synodos publicarent. Ne trāſ
greſſores huiuſmōi per ſimulatā ignoranciā. ſuā va
lerent in hac parte maliciā excuſare. prout in cōſtitu
tionibus et ſanctiōibus. conciliorū et honorij p̄dic-
torū ac imperialib⁹ prefatis plenius cōtinetur. Cum
aūt ſicut lamētabili querela Venerabilis Epiſcopi
Miſznen̄ ⁊ dilectorū eccl'ie filiorū Prepoſiti. Decani
et Capituli ſingulorūqꝫ Canonicorū. et perſonarum
eccleſie. necnon vniuerſi cleri ciuitatis et dyoceſis
Miſznen̄. nuper accepim⁹ Quod nōnulli principes
duces. comites. barones. milites. cōmūitates et alie
ſeculares poteſtates earundē cōſtitutionū et ſanctio

nū canonicarū et legaliū forſan ignari cōtra ipas ab
Epiſcopo. Prepoſito. Decano. Capitulo Canonicis
perſonis ꝛ clero ꝯmunit᷑ vl᷑ diuiſim forſan Tallias
ꝛ gabellas ac alias exactiões illicitas hacten⁹ extor-
ſerint ꝛ adhuc extorquere nitant᷑. ac etiā bona ipoꝝ
cōmuniter vl᷑ diuiſim inuaſerint. arreſtauerint. occu
pauerint. detinuerīt ꝛ ſuis vſib⁹ applicauerint. Nec
nō occupare. inuadere areſtare. detinere. ꝛ eiſdē ſuis
vſib⁹ applicare ſimiliter de facto ꝑſummāt. in aīaꝝ
ſuarū periculū. necnon Epiſcopi. Prepoſiti. Decani
Capituli. Canonicoꝝ ꝑſonarū et cleri ꝓdictoꝝ cō-
muniter ꝛ diuiſim nō modicū preiudiciū atqꝫ damnū
Nos in ꝓmiſſis Epō. Prepoſito. Decano. Capitulo
Canonicis perſonis et clero ꝓfatis cōmunit᷑ et diui-
ſim de oportuno remedio ꝓuidere volētes. diſcretio
ni vr̄e. tenore ꝑſentiū in virtute ſancte obediēcie diſ-
tricte ꝑcipiēdo mādam⁹ quaten⁹ vos vl᷑ duo aut vn⁹
veſtrū per vos vl᷑ aliū ſeu alios Epiſcopo. Prepoſi-
to. Decano. Capitulo. Canonicis perſonis ꝛ clero p-
dictis contra quoſcūqꝫ trāſgreſſores ꝛ violatores cō
ſtitutionū ꝛ ſactionū earundē cuiuſcūqꝫ gradus dig
nitatis et excellēcie fuerint efficacis defenſiōis auxi-
lio aſſiſtentes. nō ꝑmittatis eos contra canonicas et
legales ſanctiones et cōſtitutiōes huiuſmōi indebite
moleſtari. Necnō eaſdē cōſtitutiōes ꝛ ſanctiōes vbi
et quando expedire videritis ſolenniter publicātes
faciatis trāſgreſſores ꝛ violatores huiuſmōi ſi ꝛ pro
ut iuſtū fuerit. aut vbi ꝛ quociēs expedierit. tam diu
excōmunicatos aut anathematiſatos publice nūcia-
ri. donec ab earundē Talliarū collectarū impoſicio
num et quarumlibet extorſionū. Necnon bonorum

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/72

Epiſcopi Prepoſiti Decani Capituli capitulorum. Canonicorũ pſonarũ et cleri p̃dictorũ huiuſmõi inuaſiõe. arreſtatione. occupatiõe. detentiõe ⁊ applicatione om̄ino deſiſtãt. Necnõ etiã efficaciter reſtituãt eiſdẽ Epiſcopo. Prepoſito Decano Capitulo Canonicis perſonis et clero prefatis occaſione p̃miſſorũ per eos cõmuniter vl' diuiſim leſis ſeu grauatis Tallias gabellas ⁊ etiã exactiones ipſas ac etiã bona ipſorum arreſtata. occupata. detenta. et applicata. Ipſis aut que per ſe vel alios illo pretextu quõlibet receperit. ymo verius temere ⁊ illicite vſurparunt. a ſe libere om̄ino relaxant Ac in manib⁹ veſtris iurauerint. ꝙ de cetero talia non committant. vt ea cõmittentibus non preſtent auxilium. conſiliũ vl' fauorem Cõtradictores per cenſuram eccleſiaſticam et alia iuris oportuna remedia cõpeſcendo. inuocato etiã ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Ceterũ ſi forſan huiuſmõi tranſgreſſorũ vel violatorum vel ea fieri mandanciũ ipſiſqꝫ conſencientium ſeu dãcium illis per ſe vel alios. directe vel indirecte. publice vel occulte. auxilium. conſiliũ vel fauorem. p̃ſencia pro monitionib⁹ ⁊ requiſitõib⁹ p vos de ip̄is faciendis tute. ſecure vl' commode haberi nequiuerit Nos vobis moniciones ⁊ requiſitiõs hmõi ac citationes quaſlibet per edicta publica locis affigenda publicis de quib⁹ ſit veriſimilis cõiectura. quod ad noticiã dictorũ citatorũ huiuſmõi puenire valeãt. faciẽdi plenã ⁊ liberã cõcedim⁹ tenore p̃ntiũ poteſtatẽ Volẽtes ꝙ monitões reqſitões ⁊ citatões hmõi pinde ip̄os citatos reqſitos ⁊ mõitos vt p̃mittit̃ artent ac ſi eis facte ⁊ iſinuate pn̄cialit̃ ⁊ pſonalit̃ extitiſſent

Non obſtātib⁹. tā pie memorie Bonifacij pape viij. quibus cauet̃. ne aliquis extra ſuā ciuitatē vł dyoceſim niſi in certis exceptis caſib⁹. et in illis vltra vnā dietam a fine ſue dyoceſis ad iudiciū euocet̃. ſeu ne iudices extra ciuitatē vel dyoceſim in quib⁹ deputati fuerint ꝯtra quoſcumqȝ ꝓcedere. aut alij aut alijs vices ſuas cōmittere ſeu aliquos vltra vnā dietā a fine dyoceſis eorundē trahere pſummāt. dūmodo vltra duas dietas aliquis auctoritate pſenciū non trahat̃. ac de pſonis vltra certū numerū ad iudiciū nō vocandis. ꝙ alijs cōſtitutionib⁹ apoſtolicis contrarijs quibuſcūqȝ. aut ſi aliqbus ꝯmuniter vł diuiſim a ſede apłica indultū exiſtat ꝙ interdici. ſuſpendi. vł excōmunicari. aut extra vł vltra certa loca ad iudiciū euocari nō poſſint. per łras apłicas nō facientes plenā et expreſſam ac de verbo ad verbū de indulto huiuſmōi mēcionē Datū Baſilice Kalēdas Auguſti. Anno a natiuitate dñi. Milleſimo q̄dringenteſimo triceſimoquarto.

## De fundatione et cōfirmatione ingenue eccleſie Miſnen̄.

Poſtremo vt oēs e ſinguli ſciant Quis noſtri epiſcopatus ⁊ eccłie Miſnen̄ erector et fundator fuerit Quodqȝ ipſa libera fundata et erecta ſit videlicet ꝙ nulli patriarche neqȝ archiepiſcopo ſȝ tantū apoſtolice ſedi ſubiecta exiſtat et ſic ꝑ ſedem apłicam cōfirmata et approbata ſit. Videāt et intelligāt litteras fundatiōis pijſſimi ac glorioſiſſimi imꝑatoris Otto

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/74

nis p̄mi Qui ſuis excellētiſſimis v̄tutibus romanū
imperiū ad alemanos trāſferri. et ob id Otto mag-
nus appellari meruit. primuſq̄ int̄ alemanos roma-
norū imperiū tenuit. q̄ Miſznen̄ eccl'iam in honorē
ſancti Johānis ap'li et euāgeliſte in primis ante om
nes alias Cathedrales eccl'ias fundauit Sedē epiſco
palem quā liberā ⁊ romane eccl'ie īmediate ſubiectā
eſſe voluit. ibi erexit ⁊ abūdātiſſime dotauit. Ex qua
ſua dotaciōe p̄deceſſores noſtri Epiſcopi maiorē p-
tem eccl'iarū parrochialiū ac certas collegiatas ec-
cleſias ⁊ monaſteria vtriuſq̄ ſex⁹ in n̄ra dioceſi erex-
erūt. decimis epiſcopalib⁹ ⁊ alijs redditib⁹ dotādo
Ac l'ras cōfirmatiōis Johānis pape. xiij. ſui nomīs
p̄miſſis ſingulis iuſſim⁹ ⁊ voluim⁹ apprimi. Clerum
noſtrū exhortātes vt p̄ aīa iſtius pij ⁊ glorioſiſſimi
Ottonis in diuinis officijs diligētes ad dn̄m preces
fundāt. A ſummo oīm bonorū retributore largiſſu
am mercedem recepturi. Nos deniq̄ vt ad hoc ve-
hemēciores ſint. tociēs quociēs om̄es ⁊ quilibet eo-
rū hoc fecerit aut fecerint ipis cōfeſſis et cōtritis de
om̄ipotētis dei miſcdia confiſi. xx. dies indulgētiarū
pro iniūctis eis penitēcijs elargimur et miſericordi-
ter in domino relaxamus.

## Tenor fundatiōis Ottonis pri-mi imperatoris.

In nomīe ſancte ⁊ indiuidue trinitatis Otto diuina
fauēte clemēcia romāorū imꝑator Auguſtus Quia
nos qui quottidie multorū venerabiliū virorū Epiſ

copoꝝ. Abbatū. Ceterorūq; fideliū chriſti Canoni
corū ꝛ monachoꝝ. ad om̄e bonū op⁹. p̄ceptis inſtru
imur. exēplis informamur. libent̄ ex habūdanti rerū
noſtrarū copia ad eternā beatitudinis vitā obtinen-
dā. ꝛ ad tempalē feliciter tranſiendā. diuina auxiliā
te grā quod noſtre felicitati aptiſſimū credim⁹ inci-
pere ꝛ in dn̄o pficere cōſtanter elaboram⁹. Ergo ma
nifeſtare ac notificare om̄ibus in chriſto fidelib⁹ tā
futuris q̄ p̄ntibus q̄maxime deſideram⁹. qualiter
nos ꝑ remedio ꝛ ppetua oīm fideliū defunctoꝝ aīa
rum. redēptiōe. Necnō ꝑ nr̄a ſempit̄na ſalute ac dul
ciſſime collateralis nr̄e. chariſſimeq; ſobolis noſtre
perhēni felicitate. eccl'iaȝ quandā in Miſna ciuitate
collocari ꝛ ꝯſtrui p̄cepim⁹. Ubi etiā rogatu ꝛ ꝯſilio
vniuerſoꝝ principū noſtroꝝ in honorē ſancti Jo-
hānis euāgeliſte ſedē epiſcopalē fieri decreuim⁹. cui
quendā nr̄e dilectiōis intimū noīe Burckardū elec
tū ꝛ ad p̄ſulatus dignitatē in xp̄o cōſecratū. a ſancte
Maguntinen̄ eccl'ie venerabili archiepiſcopo noīe
Hildiberto. in laudē om̄ipotētis dn̄i gl'ioſe p̄fecim⁹
Huic etiā Epiſcopatui more āntiquoꝝ impatoꝝ et
regū nr̄a impiali poteſtate terminū poſuim⁹. vbi orit̄
fluui⁹ qui dicit̄ orientalis milda. Jnde vſq; quo idē
fluuius intrat in albeā et ſic ſurſum ꝛ vltra puinciā
Miſizi ad eundē terminū ſine dubio. necnon in alte
ra pte luzizi et ſelpoli illā videlicet infra eundē ter-
minū. et inde in aquā que dicit̄ Odera Et ſic odera
ſurſum vſq; ad caput ei⁹. inde quaſi recta via vſq; ad
caput albee. Jnde deorſum in occidentalē ptem vbi
diuiſio ꝯfiniū duarū regionū eſt Behem et Miſenē
Jbidem vltra albeā ꝛ per ſiluā in occidentalē ptem

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/76

vſqꝫ ad caput p̄dicti flumīs orīetalis milde. Hoĩes vero qui infra p̄dictū terminū habitāt in omī fertilitate terre. frugū. et pecudū. in argento. veſtimēto. Necnō quod teutunici dicūt Ouarcapunca ⁊ caluuga familiarū. inſup tota vtilitate et in omibus reb⁹ quib⁹ mortales vtunt̄ diuerſis modis decimaciones quas deo cūcta gubernāti debēt ad Miſnēſem eccleſiam. primo deo. deinde ſancto Johāni euangeliſte vniuerſa dubietate ꝓcul remota pleniter pſoluāt. referant. et reddāt. Et ſi quis hoc noſtri imperialis p̄cepti cōſtitutū trāſgredi vl' diſrumpere p̄ſumat. cū Anania ⁊ ſaphira. Necnō cū iuda traditore infernalis incendij tormentū paciat̄ Nec inde niſi reſipiſcat inppetuū abſoluat̄. Et vt hec nr̄a cōceſſio. in remuneratione dei omipotētis firma ſtabiliſqꝫ pmaneat Hoc preceptū inde conſcriptū. annuliqꝫ nr̄i impreſſione ſignatū. manu ꝓpria firmamus. Datū iij ydus Januarij Anno incarnationis dn̄i Noningenteſimo xlviij. Indictiōe. viij. Anno vero magni Ottonis impatoris in dn̄o feliciter regnātis tercio. Actū Maguncie feliciter Amen.

## Et iſta bulla magni Ottōis impatoris talit̄ eſt ſubſcripta ⁊ ſignata.

Signū dn̄i Ottonis magni ⁊ invictiſſimi imperatoris Folemarus Cācellarius vice hildiberti archicapellani recognoui.



# Cōfirmatio ſummi pōtificis Jo hannis decimitercij ſuper eccleſia et Epiſcopatu Miſznen̄.

Johānes Ep̄us ſeruus ſeruorū dei. Si ſemꝑ ſunt cō
cedēda que pijs deſiderijs ꝯgruūt. quāto potiſſimū
ea q̄ diuini cultus prerogatiua noſcunt̄ nō ſunt om-
nino abnegāda. que ſunt a largitorib⁹ nō ſolū poſcē
da ſed vi charitatis ꝓculdubio exigēda. Habita igi
tur Sinodo ⁊ multorū venerabiliū patrū Coep̄orū
q̧ noſtrorū cōuentu. rome in eccl'ia beati Petri prin
cipis apl'orū. aſſidētibus auguſtiſſimis imꝑatorib⁹
Ottonū vtriſq̧. anno ſcꝫ imperij maioris ſexto. mi-
noris ṗmo Idē glorioſiſſimi imꝑatores poſtularīt a
nobis quaten⁹ monaſteriū quod ꝓ remedio aīarū
ſuarū primitus cōſtrui. et in honorē beati Johānis
Euāgeliſte cōſecrari fecerunt. ſuꝑ ripā fluminis cui
nomē eſt albea in ciuitate Miſna ſita. videlicet in ꝓ
uincia que dicit̄ Thalemēte. cui etiā monaſterio vi-
rū venerabilē nomīe Burckardum honorifice ꝑfe-
cerūt. priuilegijs apoſtolice ſedis decoraret̄ Ut ſub
iuriſdicione ſancte eccl'ie noſtre. cui auctore deo pre-
ſidem⁹ cōſtitutū. nullius alteri⁹ eccl'ie dicionib⁹ ſub
mittat̄. Pro qua re pijs deſiderijs fauentes hac. nr̄a
auctoritate id quod expoſcit̄ effectui mācipam⁹. int̄
ponētes tamē ea que ⁊ ipi pricipes noſtri in noſtris
priuilegijs cupiūt exponi. et cunctis in christo fideli
bus māifeſta fieri more antiquorū imperatorū. Hij
duo imperatores pater ⁊ filius nobis aſſidētes Miſ
nenſi Epiſcopatui terminū impoſuerūt nominādo

fines et determiatões locorū ſicut infra cōtinet᷑. Ubi
caput et fons eſt aque que dicit᷑ odera. inde quaſi rec
ta via vſq₃ ad caput albee. Jnde deorſu₃ ad occidēta
lē ꝑtem vbi diuiſio duarū regionū eſt. Behem ⁊ Mi
ſen. ibidē vltra albeā et ꝑ ſiluā in occidentalē partē
vſq₃ ad caput milde. et ſic deorſum ꝑ ambas plagas
eiuſdē fluminis vſq₃ dū milda intrat in albeam. et ſic
ſurſum vltra ꝓuinciā Miſici ad ipm̄ terminū ſine
dubio. necnō in altera ꝑte Luzyzce et Selpoli. et ſic
vſq₃ ad ciuitatē Sulpize. illā videlicet infra eunde₃
terminū. ⁊ inde in aquā que dicit᷑ Odera. ⁊ ſic odera
ſurſum vſq₃ ad caput ei⁹. Homies vͦo quēadmodū
hij p̄ntes imperatores ſtatuiſſe fatent᷑. qui infra ter-
minū iſtū habitāt in om̄i fertilitate terre. frugū ⁊ pe
cudū in argēto. veſtimēto. necnō qd̓ teutonici dicūt
Uberkouffunga ⁊ calunga familiarū. Jnſup tota
vtilitate ⁊ in om̄ibus reb⁹. quib⁹ mortales vtunt᷑ in
diuerſis modis decimacionē. quas deo cūcta guber-
nāti debēt. ad Miſʒneñ eccl'iam. primo deo. deinde
ſancto Johāni euāgeliſte vniuerſa dubietate ꝓcul
mota ꝑſoluāt. referāt et reddāt. Et ideo in xp̄o ſanc-
timus firmiterq₃ cōceſſim⁹ vt nullus metropolitan⁹
nullus Ep̄us. nulla etiā magna vl' parua alteri⁹ or-
dinis et gradus ꝑſona. p̄ter ſedis ap̄lice antiſtitē. in
fra termios Miſʒnēſis eccl'ie cui venerabilis Epiſ-
copus Burckardus p̄eſſe dinoſcit᷑. Queq₃ ordina-
re. diiudicare. excōmunicare. vl' aliquid temere exer-
cere vllomodo preſumat. Statuētes etiā apoſtolica
cenſura ſub diuini iudicij obteſtatione. et validis at
q₃ atrocibus anathematis interdictionibus. vt nul-
lus imperator poſt hoc aut rex vllus ſiue quiſpiam

alius cuiuſcūqꝫ dignitatis poteſtate ſit p̄ditus eiuſ-
dem eccl'ie cauſis p̄ſumat incumbere. vel minimū qd-
dam ex hijs que ad illud monaſterium ſancti Johā-
nis pertinere videntur. cui Epiſcopus Burckardꝰ
preſidet. aut ſibi temere vendicare. aut alicui parue
magneqꝫ perſone pro beneficio dare. aut quolibet
modo inde auferre. aut alienare audeat. Promulga-
mus etiam et hoc auctoritate beati Petri apoſtolo-
rū principis coram deo et terribili eius futuro exa-
mīe per huius noſtri priuilegij. atqꝫ cōſtituti vim in-
terminamus. ne quis mortaliū ſibi licere exiſtimet
aliquid ex poſſeſſiōibus Miſznenſis eccleſie. tam ex
hijs que ante hac a glorioſiſſimis imperatoribꝰ Ot-
tone et eius equiuoco filio. vel ceteris chriſtianis ei-
dem ſancto loco ablata atqꝫ collata ſunt. quam que
poſtmodū ſunt conferenda. vt profecto iuxta id qđ
ſubiectum eſt. Idem venerabilis locus hoc apoſtoli-
co priuilegio inconcuſſe donatus p̄maneat. Si quis
autem quod minime optamus nepharia auctoritate
hec que a nobis ad laudem dei pro ſtabilitate ſepedi-
cti monaſterij ſtatuta ſunt. refragare preſumpſerit.
noſtriqꝫ precepti tranſgreſſor extiterit. Sciat ſe ana-
thematis vinculo innodatū. et cum dyabulo ⁊ iuda
traditore dn̄i noſtri iheſu chriſti eterni incendij ſup-
plicio deputatum. At vero qui pijo intuitu huius
apoſtolici inſtituti obſeruator extiterit. benedictio-
nis graciam a miſericordiſſimo dom̄o deo multipli-
citer conſequatur. et vite eterne particeps effici me-
reatur. Scriptum p̱ manus Steffani ſcriniarij ſan-
cte romane eccleſie in menſe Decembri. Indictione
vndecima. Signum domini Ottonis magni impe-

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/80

ratoris Auguſti. Signum domini Ottonis mino-
ris imperatoris auguſti. Petrus Rauēnenenſis ec-
cleſie archiepiſcopus ſubſcripſit Rodaldus patri-
archa Aquilienſis eccleſie ſubſcripſit. Sigolphus
Epiſcopus ſancte placentine eccleſie conſenſi et ſub-
ſcripſi Udalricus Epiſcopus ſancte pergamenſis
eccleſie conſenſi et ſubſcripſi. Martinus ſancte Su-
driēſis eccl'ie Ep̄us ꝯſenſi et ſbſcripſi Siggo plēdē-
ſis eccl'ie Ep̄us cōſenſi et ſubſcripſi Benedictus ſan
cte Fulmēſis eccl'ie Ep̄us cōſenſi ⁊ ſubſcripſi Johā
nes ſctē Wormiēſis eccl'ie Ep̄us ſubſcripſit Johan
nes Ep̄us ſctē Salliēſis eccl'ie ſubſcripſit. Johānes
Ep̄us ſancte Armēſis eccleſie interfuit ⁊ ſubſcripſit
Hibertus Epiſcopus ſancte Lamenſis eccleſie con
ſenſit ⁊ ſubſcripſit Gerhardꝰ fanētine eccl'ie Ep̄us
cōſenſit ⁊ ſubſcripſit Anfredꝰ Ep̄us werdezcēſis
eccleſie cōſenſit ⁊ ſubſcripſit. Senebius Ep̄us Feſo-
lane eccl'ie cōſenſit ⁊ ſubſcripſit. Gardulphus Epiſ
copus Firminēſis eccl'ie cōſenſit ⁊ ſubſcripſit. Ego
Petrus Camerine eccl'ie ibi fui ⁊ ſbſcripſi Eberhar
dus Ep̄us aretine eccl'ie cōſenſi ⁊ ſubſcripſi Steffa-
nus Marinēſis eccl'ie cōſenſi et ſubſcripſi. Leo Oſti-
enſis eccl'ie Ep̄us conſenſi ⁊ ſubſcripſi Giſilbertus
Ep̄us Caſtrenēſis eccl'ie cōſenſi ⁊ ſubſcripſi Alberi
nus Ep̄us Auſculanꝰ cōſenſi ⁊ ſubſcripſi. Anthoniꝰ
Brixiēſis Ep̄us ſubſcripſit Dyodericꝰ Metēſis ec
cleſie Ep̄us ſubſcripſit. Lanuardꝰ Mendēſis eccl'ie
Ep̄us ſbſcripſit Hucpertꝰ Ep̄us ſubſcripſit. Lizo
Ep̄us Cremonēſis ſbſcripſit. Johānes Ep̄us Tor
donēſis ſubſcripſit. Adalbertus Ep̄us ſubſcripſit
Otger Ep̄us ſubſcripſit. Sigiſhelmus Epiſcopus

Florentinꝰ ſubſcripſit. Albericus Epūs ſubſcripſit Aſtingo Epūs Anſianenſis ſubſcripſit. Luzynno Lucanēſis eccl'ie Epūs ſubſcripſit. Erfemariꝰ Antias Epūs ſubſcripſit. Julianus Epūs Mucerinus ſubſcripſit. Steffanus Termenſis eccl'ie Epūs ſubſcripſit. Atto Senegalie eccl'ie Epūs ſbſcripſit. Lupus Spoletinus Epūs ſubſcripſit. Lindo Duſiane eccl'ie Epūs ſubſcripſit. Datū iiij. nonas Januarij per manus Guidonis Epiſcopi ſancte Silue candide eccl'ie bibliotecarij ſancte ſedis apoſtolice. Anno deo propicio pōtificatus dn̄i Johānis ſummi pōtificis et vniuerſalis tercij decimi pape in ſacratiſſima ſede beati Petri apl'i. tercio imperātibus domīs pijſſimis et auguſtiſſimis Ottone ⁊ eius equiuoco filio a deo coronatis magnis imperatoribꝰ. Anno maioris imperij ſexto. et minoris primo in menſe Januario Indictione ſupradicta vndecima.

Satuta iſta cū alijs eis adiūctis. Ex ſpeciali ꝯmiſſione Reuerendiſſimi in chriſto patris et dn̄i domī Johānis de Salhauſzen Epiſcopi Miſznen̄ ꝑ venerabilē ⁊ egregiū virū dn̄m wilhelmū de Berzſchitz Vtriuſqꝫ iuris doctorē. ꝑtunc curie Epalis Miſznen̄ Officialē generalē in ordinē ꝑmiſſum redacta et diligenter emēdata Perqꝫ Melchiorē Lotter in famoſo opido Liptzk Merſzeburgen̄ dyoceſis. predicti dn̄i Epiſcopi impēſis. pro cōſeruatōe ſtatus eccleſiaſtici ſunt impreſſa Anno dn̄i. Milleſimo quingēteſimoquarto.

# Regiſtrū titulorū huius libri.

De vita et honeſtate clericorū. fo. ij.
Quando p̄ſbiteri beneficiati ſiue non debeāt intereſ
ſe diuinis. fo. iiij.
De plebanis ſclauos plebiſanos habētes. fo v.
De Simboli ap̄lici ⁊ orōnis dn̄ice p̄nūciatiōe vi.
De collecta Et famulos tuos fo. vi.
De bullis feſti corporis xp̄i vij.
Tenor bulle martini fo. vij.
Intimationes feſtiuitatū ſoleniū vltra dies domi-
nicos folio. viij.
De diuino ordine fo. ix.
De vaſis p̄ chriſmate mittendis. fo. x.
De altaribus nondum confirmatis fo. x.
De cimiterijs ⁊ fructib⁹ in eiſdem creſcētib⁹. x.
De reemptionib⁹ cenſuū beneficialiū fo. xi.
De caſibus epiſcopalibus. folio. xi.
De p̄clamationibus circa mr̄imonia ɔtrahenda fa
ciendis. folio. xi.
Ne cauſe matrimoniales per alios q̄ iudices cōpe-
tentes audiantur. folio. xij.
De clericis vagis et peregrinis. xij.
De religioſis terminarios ſe aſſerentes. fo. xij
De mādatis peregrinis ⁊ iudicū incognitorū. xiij
De queſtorib⁹ ⁊ denūciatorib⁹ indulgētiarū fo. xiij
De hijs qui ſe notarios publicos aſſerunt. fo. xiij
De executōe debita mādatis ⁊ p̄ceſſib⁹ faciēda xiij.
De mulieribus abortiuos parientes. fo. xiiij
De ſepultura eccl'iaſtica ⁊ eiuſdē libera electōe xv
De ſtatu monialiū monaſteriorūq; cuſtodia et clau-

ſura folio. xv.
De rectorib⁹ ſcholariū ⁊ ſuis cōſocijs.fo. xvij.
De nūero patrinorū ꝓ baptiſmatis ſuſceptiōe xvij
De parrochijs ⁊ alienis parrochianis fo. xviij.
De decimis ⁊ oblationibus fo. xviij
De ꝓuiſoribus qui vitrici ſeu altermanni eccleſia-
rum dicunt.fo. xix.
De teſtamentis et his qui liberam facultatem teſtan
di inhibent. folio. xix.
De legatorū diuiſione.folio. xx.
De ſtatutis ꝯtra libertatē eccl'iaſticā editis.fo. xxi.
De cōſtitutōibus diuorū imꝑatorum Friderici ſcd'i
Karoli q̄rti et Sigiſmundi.fo. xxi.
Tenor cōſtitutiōis Sigiſmūdi cōſtitutiōes Frideri
ci et Karolinam in ſe cōtinens.fo. xxij
Cōfirmatio iohānis pape xxiij.ſuꝑ conſtitutiōe Fri
derici et Karolina.fo. xxviij
Confirmatio earundē ⁊ Sigiſmūdine ſacri genera-
lis cōcilij Baſilienſis.fo. xxx.
De fundatiōe et ꝯfirmatōe eccl'ie Miſznen̄ xxxiiij
Tenor bulle Ottonis p̄mi imꝑatoris ſuper funda-
tione eccleſie Miſznen̄.fo. xxxv.
Confirmatio Epiſcopatus Miſznen̄ per Johannē
papam xiij.facta.fo. xxxvi.

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/84

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/85

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/86

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/87

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/88

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/89

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/90

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/91

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/92

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/93

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/94

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/95

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/97

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/98

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/99

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/100

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/101

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/102

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/104

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

| | | |
|---|---|---|
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| Digitalisat | ppn 348 | 580606 |
| | Hist. Sax. | L. 85 |
| | | |
| | | |

III/9/280 JG 162/...

SLUB DRESDEN
3 0343182

(R.S.)

H. Sax L 85
(R.S.)

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/105

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/106

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/107

http://digital.slub-dresden.de/ppn348580606/108